



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

85. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare vota
iuramento firmata? Ex p. 1. tr. 11. res. 43.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

igitur, quod quando in Cruciate, seu Iubilco, conceditur commutatio ad vota, non exprimendo iuramenta potest etiam commutari iuramentum, quod soli Deo factum est. Et ita etiam nouissime docuit Leone tract. de Iub. p. 1. q. 12. num. 68. & seq. Mollesius in summa, tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 103. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 29 vbi sic asserit: [Puede por la bulla el Confessor comutar los jumentos: porque quando se concede facultad de comutar el voto, si concede el comutar la obligacion, que se adquiere a solo Dios, como a creer por la virtud de Religion; y la misma obligacion se adquiere a Dios por el juramento, que a el se haze immediatamente, que por el voto: y ansi la facultad de dispensar en el voto, se estende a la del juramento; porque conforme al derecho, lo que se dispone en una de dos cosas, que se equiparan es justo de ponerse en la otra.] Ita ille. Ex quibus patet responsio ad argumentum contraria sententia: quia, cum tam voti, quam iuramenti practici obligatio soli Deo acquiratur, sequitur, quod facultas circa vota extenditur etiam ad huiusmodi iuramenta.

Sup. hoc in Ref. seq. & inf. in tr. 4. Ref. 20. & in tom. 3. tr. 2. Ref. 72. §. Aliis, in fin. & in Ref. 73. §. Notandum.

3. Notandum est verò, quod hæc sententia non procedit in casu, quo iuramenta adiecta sunt contraictui, in quo est turpitudine, & iniustitia in creditore, ut ad iuramentum factum homini de solvendis usuris, aut metu extortum, &c. Ita Sanchez vbi supra, n. 13. Suarez eod. num. quibus addo Bartholomeum à S. Fausto in thes. relig. lib. 4. q. 5. Sanctarellum, & Mollesius, vbi supra, licet contrarium asserat Barth. Ledesma de Sacram tract. de matr. dub. 1. & Rodriguez in sum. p. 1. cap. 2. num. 4. & cap. 24. n. 4.

RESOL. LXXXIV.

An potest delegata ad vota, extendatur ad iuramenta adiecta contraictui, in quo est turpitudine, cuiusmodi sunt iuramenta soluendi usuris, aut metu iniusto extorta, &c?

Et docetur Episcopum posse dispensare in his iuramentis, ergo & Confessarius virtute Cruciate.

Et adveritur, quod quando carcer est iniustus, & quis iurauit se redditum, tenet redire, etiam si timeret morte iniusta damnandum.

Idem dicendum est de eo, qui latroni mille aureos promisit cum iuramento, ne occidirentur.

Sed queritur, an in his casibus possit petere quis relaxationem iuramenti ab Episcopo, vel ab alio Confessario vigore Bullæ Cruciate, vel Iubilei huiusmodi iuramenti commutationem petere? Ex p. 4. tract. 1. & Msc. Ref. 19.

In Ref. quæ §. 1. Hic casus quotidianus est, & ad illum negativic est antecedens, in §. vlt. & in aliis eius not.

In Ref. quæ §. 1. Hic casus quotidianus est, & ad illum negativic est antecedens, in §. vlt. & in aliis eius not.

2. Verum licet hæc opinio sit satis probabilis, contraria probabilem etiam esse puto, pro qua loco citato adduxi Bartholomeum Ledesma & Rodriguez, quibus num addo Egidium de Trullench in expedit. Bullæ Cruciate lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 1. num. 7. quia ratio propter quam iuramenta votiva, & vota æquiparantur in commutando, est, quia per iuramenta votiva, seu in Dei honorem facta, nullum ius homini acquiritur, sed per praedicta iuramenta, nullum ius

homini paratur: ergo quamus hæc iuramenta non sint præcipue in Dei honorem facta, sed intuitu hominis, cum per ea nullum ius homini sit quantum, in commutando cum votis æquiparari debent. In tali enim iuramento duplex potest obligatio considerari, altera expressa facta homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligat, homo enim per iniustitiam nullum ius acquirit; altera Deo, qui in testem inuocatur, atque ita tenetur iurans Deo, mare quod per nomen suum promisit, si licetum sit; quæ cum per tale iuramentum iurans aliquo modo sit Deo obligatus, & non homini, potius inducit tale iuramentum naturam voti, & iuramenti in favorem Dei facti, quam in hominis utilitatem, ac per confitens in commutatione æquiparatur iuramento votivo, & hac omnia docet Trullench vbi supra, unde probabiliter quis potest facultatem Bullæ Cruciate ad vota commutanda, extendere ad iuramenta adiuncta contractui, in quo est turpitudine & iniustitia in creditore, quare est iuramentum vi, vel meu extortum vel soluendi usuris, quidquid in contrarium altera Ludouicus à Cruz vbi supra, num. 14. quod confirmatur, nam Episcopus potest dispensare in his iuramentis meo extortis, vt omnes concedunt, sed ratione Bullæ Cruciate possimus commutare omnia vota, vel iuramenta, quæ potest Episcopus dispensare: ergo, &c. quæ omnia sunt valde notanda à Confessariis, & casuum conscientie responsibus.

3. Ex his sequitur quod probabiliter dici potest quod quando carcer est iniustus, & quis iurauit se redditum, tenetur redire etiam si timeret morte iniustu-
damandum, & idem dicendum est de eo, qui latroni mille aureos promisit iuramento ne occiderentur, Ita Bocanis in 2. de iustit. quæst. 89. & de iuram. quæst. 1. n. 2. Sotus lib. 8. quæst. 1. art. 7. ad 3. Mercato de contraria quæst. 89. art. 7. ad 4. & alij, & hæc opinio est communis.

4. Sed ego contraria sententiam, quod iuramentum rediundit ad carceres, probabiliter etiam esse nuto cum Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 6. num. 4. quam absolutè tener Gutierrez de iram. p. 5. cap. 57. n. 26. Nota tamen quod omnes supradicti assertunt posse, v. g. qui iurauit latroni dare pecuniam, posse, inquam, petere relaxationem iuramenti ab Episcopo; sed ego etiam probabiliter puto, ut supradictum est, vigore Bullæ Cruciate posse, Confessarii huiusmodi iuramentum commutare.

RESOL. LXXXV.

An Confessarius per Bullam Cruciate posse commutare Vota iuramento firmata? Ex parte 1. tractatu 11. Ref. 43.

§. 1. Negatiæ responder Henriquez lib. 7. cap. 10. num. 5. Saytus in clavi regia lib. 5. cap. 8. n. 11. Fillius in tom. 2. tract. 2. 6. cap. 9. num. 255. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 1. & Lessius lib. 1. cap. 40. dub. 1. n. 1. num. 94. Et ratio est: quia concurrent duos vincula hoc expreßa, que certum est esse maiora vno vinculo expreßo.

2. Sanchez verò in summa tom. 1. lib. 4. capite 4. num. 18. putat, hanc sententiam non esse veram, si iuramentum emittatur tantum ad voti emissi confirmationem: secus autem, si præstetur independenter ab illo, & tantum concomitantem: nam in illo causa priuilegium Bullæ non extendit ad votum, & iuramentum, simul concurrentia. Et ita hanc sententiam post Sanchez docuit Villalobos in summa tom. 1. n. 1.

De Bulla Cruciatæ. Res. LXXXVI. &c. 105

trat. 27. claus. 9. §. 3. n. 30. qui citat Rodriguez in addit. ad Bull. 4. o. n. 111. Et ratio est, quia cum sint duo vincula specie diversa, nec unum ab alio dependeat, foris rora sunt vino solo, quod privilegium Bullæ concedit; ergo, &c.

3. Sed si hæc sententia sit probabilis, non minus probabilis videtur sententia Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. c. 14. n. 19. qui sustinet, in veroque cunctu posse Confessarii per virtutem Bullæ commutare vota, & instrumenta quia licet sint duo vincula diversa specie, et in ordine ad communionem reputantur quasi unum, & idem, & eiusdem rationis: nece unum addit alteri gravitatem intensuam; sed solum extensuam, id est, plura vincula. Vnde patet responsio ad rationes in contrarium, quia, ut diximus, eti votum, & iuramentum spiculare sunt duo vincula specie diversa; tamen moraliiter in ordine ad Deum, & ad virtutem religionis equiparantur: ergo, &c.

RESOL. LXXXVI.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ posse commutare votum penale quod paenitentiarum ex eius fractione incursum? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 46.

§. 1. Negatim sententiam docuit Azorius part. 1. lib. 1. cap. 18. q. 11. in fine, & magis expressè Suay in clavis regia, lib. 6. cap. 12. num. 20. cum aliis: quia illud est commutare penam ex illius fractione debitam: sed Bulla Cruciatæ solius voti commutacionem indulget; ergo, &c.

2. Hoc opinio est probabilis: sed contraria propositio esse existimat cum Raphaële de la Torre in 1. 1. tom. 1. quaest. 88. art. 11. diff. 8. lib. num. 4. Sanchez in fam. tom. 1. lib. 4. c. 51. n. 9. qui citat Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 19. cui ego addo Leonem de Iubil. p. 9. 12. m. 7. Homobonus de exam. Ecel. p. 1. tract. c. 6. q. 6. Malderum in 2. 2. tract. 10. c. 5. dub. 14. Fillium tom. 1. tract. 1. 6. cap. 10. num. 295. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 1. Precept. 2. art. 2. dub. 10. conc. 3. Villalobos in fam. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 3. 2. ubi sic ait: [Tambien se puede por la Bula de la Cruzada comutar la pena en que se incurre, por quebrar el voto penal, como si uno juro de no jugar, y si jugasse de dar tal limosna, diziendo lo pena de dar tal limosna, porque a quella pena se deve por via del voto, y como el Pontifice concede facultad a cerca de los votos, tambien la concede en estas penas]. Vnde patet responsio ad argumentum contraria opinionis: nam dicimus, quod illa pena non debetur, nisi ex vi voti, quod à principio obligavit ad illam: ergo facultas per Bullam Cruciatæ concilia ad commutandum illud votum, extenditur etiam ad penam incursum ob violationem ipsius. Et haec sententia procedit, etiam si Pontifex commutaret votum, iubendo partem penæ solvi: nam posset etiam dicta pars commutari.

RESOL. LXXXVII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ posse commutare votum emissum in fauorem tertie, et v. g. votum Petrus dare Calixtum pro Sacello B. Andrea, aut certo pauperi elemo? &c?

Et quid, si huiusmodi votum fuerit à Proprieto Ecclesie, vel paupere acceptatum? Ex p. 1. tract. 1. Ref. 47.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 15. num. 11. & Sanchez in fam. 1. lib. 4. c. 41. num. 9. Leone de Iubil. part. 2. q. 12. n. 7. Fillicius tom. 2. tract. 26. c. 9. num. 257. Ioan. de la

Cruz in direct. conf. p. 1. Precept. 2. art. 2. dub. 10. conc. 2. unilem do-
Et ratio est: quia tale votum non tribuit nullum ius illi
Ecclesie, seu pauperi: ergo poterit illud Confessarius signanter
communare.

2. Secundum autem, si huiusmodi votum fuerit à Proprieto Ecclesie, vel paupere acceptatum: nam ita acquisiuerint ius per acceptationem. Vel secundum aliquos, si votum dirigatur in Sanctum, cui dicitur Ecclesia: ut Promit B. Andrea, me daturum eius Ecclesia
vnum calicem.

Sed hanc limitationem rectè impugnas Sanchez vbi supra, n. 12. Suarez n. 10. cum Lessio lib. 2. c. 40. dub. 11. n. 9. & Bartholomaeus à Fausto in thes. relig. lib. 49. q. 52. cum aliis.

RESOL. LXXXVIII.

An Confessarius, qui per Bullam Cruciatæ habet potestatem commutandi vota, possit illa dispensare? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 42.

§. 1. Minime respondet Fernandez in exam. Theol. Mar. p. 3. c. 9. sect. 1. §. 17. n. 6. Et ratio est: quia non plene non plene sup. hoc à major potestas requiritur ad dispensandum, quam ad contrario contrario sensu in to. 3. tr. 2. legg. doct. Ref. 70. & in to. 8. tr. 4. Ref. 78. §. 2. ad medium.

RESOL. LXXXIX.

An votum penale Religionis, seu Castritatis sit per Bullam dispensabile, & non solum ante, sed post completam conditionem?

Et an Episcopi Italia vota possint etiam commutare, & dispen-
sare? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 53.

§. 1. Videlicet in contrarium afferat Acosta in Bul. q. 9. 73. & alij. affinitatiuè respondet Sanchez de mar. tom. 3. lib. 8. disp. 15. n. 8. qui citat plures Doctores, quibus ego addo Nugum in 3. p. tom. 2. tract. de Bull. §. 11. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 1. precept. 2. art. 2. dub. 10. conc. 4. in fin. Fernandez in exam. Theol. Mar. p. 3. c. 9. sect. 1. §. 17. num. 9. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 42.

2. Dico igitur, per Bullam Cruciatæ posse Confessarium cōmutare vota penalia, non solum ante, sed etiam post impletam conditionem. Et ratio est, quia votum penale, etiam post impletam conditionem, dicitur validè à perfecta voti Religionis, & Castritatis natura, ratione cuius perfectionis referetur tale votum: vobis enim in tali casu non eligit votum; ut tale est, sed potius eius timore, & odio voluit deterri, ne delictum admitteret, quod vitare propoluit. Et ideo Episcopi Italia vota etiam commutare, & dispensare possunt, vt docet Lessio lib. c. 40. dub. 18. n. 130. Malderum in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. 10. Gomez in Bull. Cruc. caus. 10. n. 99. & Henrique lib. 7. c. 30. n. 6. in Glosa lit. A. ubi citat multos Doctores, & præsterrim aliquos Magistros Salmantenses.

Idem etiam docet Sanchez vbi supra, disp. 10. n. 8. quidquid in contrarium afferat Azorius part. 1. lib. 11. n. 19. q. 3. & 19. q. 13. cum Gutierrez q. 99. canon. lib. 1. c. 22. n. 10. & 51. Vide etiam Fillicius tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 271. & Zanardum in direct. Theol. part. 1. cap. 52.

RESOL. XC.

An supra dicta doctrina procedat etiam in votis conditionibus